



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv

More, Henry

Avdomari, 1660

Curationes. n. 49.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38320

cio, multis implicata superstitionibus, multis, malefiorum circumscripta
atque ludificata præfigis, nullius subdita potestati, faciles recta nū-
tiantibus dabat aures, difficulter actione quæ audierat complectebatur,
naturā vitiatā inhibente, retrahente consuetudine, exemplo, Societate, quæ,
cūm nōdum eo loci constituenda videretur Europæorum Colonia, plus vi-
rium habitura essent ad semina quæ iaciebantur corrumpta, quam paucorum
hominum industria aut labores ad fouenda: Itaque re cum Superiore
Dominico Coelho per literas communicata retuerit ad S. Paulum, paucorum
Infantium Baptizatorum coronis cōtentus, quando quidem adulti tanti p̄z-
mij sua se rapacitate reddebat incapaces. Duo hoc in itinere narrantur ac-
cidisse miracula similia. Deinde erant nauigantes in Insulam Sancto Sebastia-
no & oppido Sanctorum interiacentem; post modicam refractionem lub-
duxerat se *Almeida*, pro more suo, vt orationi recollectioni aliquid da-
ret temporis; Cūm ad horam concendi non adesset quæritur sollicitè &
sat diu; cura suspensus omnī animis tanquam de perduto, apparet subito in
medio astantium, auditurque dicere, *Hic sum*, cūm nemo quā vel unde ve-
niisset notare potuerit. Aliud erat de Balena cymbam insequente; Hæ illis in
oris visuntur frequentes non paruo commenantum periculo. Acceslerat pro-
pius ista, & capite cymbam penè contingebat; *Almeida* imperteritus suum
exerit, & data benedictione dimittit ludibundā & quasi de beneficio exultā-
tem. Et hæc quidem vnicuique licitum est pro arbitrio interpretari; Pleni
sunt autē eius Historiæ libri quintus & sextus, varijs generibus curationum,
prædictionumque, quæ si ita vt narrantur gesta sunt, haud paruam miraculi
speciem gerunt; gesta autē esse vti narrantur non est cur quispiam in dubium
vocet, cūm à fide dignis & iuratis testibus narrantur: quoru quædam hic in-
serenda duxi, nè eius viri per Europam obcura sit existiratio, qui in altero
orbe commune fuit doleritum perifugium, & oraculum dubitantium.

XXX XI. *Ioannes de Oliveira* Coadiutor Societatis & Pharma-
copæus à febris Hæticæ ægritudine eo deductus fuerat vt cūm graueo-
lentem putredinem per os ejciset, medicorum iudicio à communī conui-
ctu procul amouendus videretur, accedit ad hominem *Almeida* & sic allo-
quitur; "Doleo, mi frater, quod Medici tuo malo non reperiant remedium:
si Pater Rector dabit veniam, ego ducam te extra Collegium, & confido
in Deo, & in Virgine Matre Admirabili, & in Patre nostro *Francisco Xauero*,
quod post paucos dies reducam te sanum, vt multis deinde annis possis
seruire Societati.) Eadem cūm iepetijset coram Rectori, impetrata licentiâ
concedit in villam illi Collegio annexam (erat autem Fluminis Ianuarij) Ist-
hic instituit nouendiales ferias Ieiuniorum, ciliciorum, flagellationum,
precationum, in honorem præcipue Virginis Matris & Sancti Xaverij; de
die Sactolanum Sacrificium offerebat in eundem finem, de nocte adibat
bonum fratrem, animabat, soue batmanu pectus & latera, hortabatur ut
tuam adderet operâ precando, & in intercessione Beatissimæ Virginis & Sans-

Tet

eti

Curationes
L. 5. c. 7.

Eti Xauerij fiduciam collocaret; saepius illi affirmans quod eorum meritis
elet salutem recepturus. Die nouenæ ultimo post diuinam Eucharistiaæ obla-
tionem, irruens in amplexus "Eia inquit, frater, plurimas age Deo gratias, &
Virgini Matri Admirabili; concessum est quod perebamus; confirmata fue-
rat in te sebris hec tica, cum vlcere in iccore; non voluit Deus ut moreris
adhuc, sed ut ad aliquot annos viuas, sicut alter Rex Ezechias, cui addidit
quindecim; die Sancti Xauerij eris perfectè sanus, ad eius enim intercessio-
nem concessit hoc Deus.) neque sefellit euentus; ut crastinus illuxit, (erat e-
niam ille Sancto lacer) perfectè sanum reduxit ad collegium, & à porta do-
mus ad infirmorum stationem pergens, (vbi simili ex morbo iacebat æger
quidam antiquus Pater Andreas d'Almeida) verlus ad fratrem," Carilime, in-
quit, tibi hunc Patrem commendo, hac enim de cauâ Deus tibi vitam pro-
rogauit ut istius & aliorum huius Collegij infirmorum curam habeas.)

L. 5. c. 8.

Francisco Bareto Faria

creuerat intus in pectore Apostema sub iecore, quod arte Chirurgica sectum
copiolam putremque fundebat laniem, non ex vlcere solùm, sed & ore, cæ-
terisque corporis debilitati meatibus, iunctis symptomatis mortem non
longè positam indicantibus; Intrat Almeida, locum vlceris manu suauiter
pertentat perficitque, solatur ægrum, animat ad spem sanitatis intercessore
Sancto Iosepho Virginis ponte, & huius effigiem apud eum memoriae gra-
tia relinquit, petens vicissim eleemosynam in fabricam Templi impendendā
eiuldem Sancti; ponere iubet metu, quod non esset ex illa ægritudine moritu-
rus. In jacentibus dubitationem ijs qui astabant, assuerauit fidenter rem ita le
habere, quoniam Dominus Deus Sancto Iosepho illam fecisset gratiam. Con-
ualuit; narrauitque Rectori alias rei circumstantias. Initio morbi accessisse
Almeidam, pertentatoque latere fixile tub pectore modicum ceræ iussisse que-
nè amoueretur donec ipse rediret; rediens reperit locum inflatum, prænum-
tuuitque illum esse in quo secundum esset Apostema. Tum tradidisse char-
tum hæc addens "Seruet bene Dominatio Vesta istam chartam, in illa o-
nim scriptæ sunt gratiae admirabiles quas Sanctus Ioseph Sponsus Virginis o-
peratus est, & operabitur in Dominatione Vesta in hac ægritudine; Legatil-
lam saepius postquam experientia cognoverit beneficium præcipuum san-
tatis.) Chartam Baretus non legerat ægritudine impediente cum Almeida
illam repetit, forte nè in landem suam aliquam cederet tanto ante tempore
cognouisse notauisseque futura.

L. 5. c. 1.
n. 5. & 7.

Mich. el d'Almeida

civis Sancti Pauli habebat ancillam in villa quadam sua, quæ præterquam
quod esset vitroque oculo capta, morbo afflictabatur tam graui ut multis
tentis inutiliter remedijs extrema opperiretur: Ingreditur Almeida noster
pedes, reti, quo lecti vice vtebatur, ex bacillo pendente; (is modus erat quo
domos suburbana percurrebat ad mancipia spiritualibus auxilijs iuuanda) so-
latur afflictam, dat aures confitenti, tum manum imponens capiti. "Bono
animo, inquit, sis Crimancza (id enim erat ei nomen) statim sanaberis, &
vifum